

*Ut*¹⁴⁹ *evellas.*

28. Quod¹⁵⁰ dum decantatur a clero ducatur honorifice ab episcopis ad sedem sibi preparatam, in qua metropolitanus sedere eum iubeat dicens:

In hoc principatus tui solio confirmet et in regno eterno secum regnare faciat 225
Ihesus Christus dominus noster rex regum et dominus dominantium.

29. Tunc¹⁵¹ princeps det pacem proceribus et maioribus populi et responsorio incepto in choro missa suo ordine^q.

30. Deus¹⁵², qui miro ordine universa disponis et ineffabiliter cuncta gubernas, presta, quesumus, ut famulus tuus N. illa in huius seculi cursu implenda decernat, 230
quibus tibi in perpetuum valeat complacere. Per.

31. Secreta¹⁵³.

Concede, quesumus omnipotens deus, his salutaribus sacrificiis placatus, ut famulus tuus N. ad peragendum principalis dignitatis officium inveniatur semper idoneus et celesti patrie reddatur acceptus. Per. 235

32. Benedictio¹⁵⁴.

Benedic, domine, hunc principem nostrum N., quem ad salutem populi cognoscimus esse concessum, fac annis eum esse multiplicem, salubri corporis virtute vigentem, ad senectutem pervenire felicem et illa eum repleas gratia, quam Aaron in tabernaculo, Heliseus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulus impetravit in templo. Amen. 240

Sit nobis regendi auctoritas, qualem Iosue in castris, Gedeon / sumpsit in preliis, Petrus accepit in clave, Paulus est usus in dogmate, et ita pastorum cura tuum proficiat ovile, sicut Ysaac in fruge, Iacob est dilatatus in grege. Amen.

Quatenus populus tuis monitis parens et adversitatibus careat et bonis omnibus exuberans tuo imperio obsequatur et in presenti seculo tranquillitate fruens eternorum civium consortium mereatur. Quod ipse prestare. 245

q) Es fehlt ein Verb, etwa celebratur.

149) Hier. 1, 10.

150) Quelle für die Rubrik und Thronsetzungsformel ist PRG 72, 24 und 25 (VOGEL/ELZE 1 S. 258f.). Der Hinweis auf eine erbliche Nachfolge in der Herrschaft bei der Königsweihe (Sta et retine amodo locum quem hucusque paterna successionem tenuisti...) scheint bewußt ausgelassen worden zu sein, siehe auch oben Anm. 121.

151) Die Rubrik ist angelehnt an PRG 72, 26 (Friedenskuß): Tunc det illis oscula pacis, bzw. 28 (Meßfeier): Tunc episcopus metropolitanus missam celebret plena processione (VOGEL/ELZE 1 S. 259).

152) PRG 73, 1 (Königsmesse) (VOGEL/ELZE 1 S. 262).

153) PRG 73, 2 (Königsmesse) (VOGEL/ELZE 1 S. 262).

154) PRG 77, 3 (Kaisermesse!) (VOGEL/ELZE 1 S. 266).